

*L<sub>11</sub>* INCIPIT IVDICIVM DE PENITENTIA THEODORI EPISCOPI

- 1 IN ORDINATIONE presbiteri siue diaconi oportet episcopis missas facere.
- 2 Similiter faciunt quando abbatem faciunt uel abbatissam.
- 5 ◦ 3 In monachi autem ordinatione abbas debet missas agere et III orationes complere super caput eius; et VII dies uelat caput suum cocula sua, et septimo die abbas tollat uelamen, sicut in baptismo praesbiter VII<sup>mo</sup> die uelamen infantium abstulit: ita et abbas debet monacho, quia secundum baptismum iuxta iudicium patrum, et omnia peccata demittuntur.
- 4 Praesbiter potest abbatissam consecrare cum missa celebratione.
- 5 In abbatis ordinatione episcopus debet missas agere et eum benedicere inclinato capite cum duabus uel tribus de fratribus suis; et dat ei baculum et pedules.
- 15 ◦ 6 Sanctaemoniales autem et basilicę cum missa semper debent consecrari.
- 7a Greci simul benedicunt uiduam et uirginem, et utramque abbatissam elegunt. ◦ 7b Romani autem non uelant uiduam.
- 8 Abbas uero potest pro humilitate cum promisione episcopi locum suum relinquere. Tamen fratres elegant sibi abbatem de ipsis si habent; sin autem de extraneis.
- 9 Nec aepiscopus debet uiolenter retenere abbatem in loco suo esse.
- 10 De congregacione autem, debet elegere sibi abbatem post mortem eius uel eo uiuente.
- 11 Ipse non potest aliquem ordinare de suis propinquis sine uoluntate fratrum.
- 12 Sed si peccauerit, mittat eum in aliud monasterium in potestate alterius.
- 30 ◦ 13 Non licet abbati neque aepiscopo terram aeclesię uertere ad aliam, quamuis ambe in potestate eius sint.
- 14 Si mutari uult aecclesiae terram, cum consensu amborum sit.
- 15 Si quis uult monasterium suum in alio loco ponere, cum consilio episcopi et fratrum suorum fatiat, et demittat in priori loco presbiter ad ministeria aeccliae.

---

*Textus ex L<sub>11</sub> laudatus*

4 abbatiss\*m L<sub>11</sub><sup>a.c.</sup> 5 agere] \*gere L<sub>11</sub><sup>a.c.</sup> 18 abbatiss\*m L<sub>11</sub><sup>a.c.</sup> 20 \*elinquere L<sub>11</sub><sup>a.c.</sup> 25 eius] eius L<sub>11</sub><sup>a.c.</sup> 31 poteste sic L<sub>11</sub>

---

1: B1a, D1a, G2a, XVIII.2a | 2: B1b, D1b, G2b, XVIII.2b | 3: B2a, D2, G3, XVIII.3 | 4: B2b, D3, G5, XVIII.4 | 5: B3, D4, G4a, XVIII.5 | 6: B4a, D5, G6, XVIII.6 | 7a: B4b, D6a, G7, XVIII.7a | 7b: B4c, D6b, G11, XVIII.7b | 8: B7, (D71 ?), G14, XXI.1 | 9: B8, G13, XXI.2  
10: B9a, D71, G15, XXI.3 | 11: B9b, D71, G16, XXI.4 | 12: B110b, D72b, XXI.5b | 13: B111a, D73, G20, XXI.6a | 14: B111b, D74, G22, XXI.6b | 15: B112, D75, XXI.7

16 Abbas si habet monachum dignum æpiscopatu, debet donare si necesse sit.

17 Non debet episcopus abbatem cogere ad sinodum ire nisi alia rationabilis causa sit.

40 18 PRESBITER NON DEBET neque licet ei peccatum episcopus prodere quia supra eum est.

19 Episcopo licet in campo confirmare si necesse sit.

20 Presbiter similiter missas agere si diaconus aut presbiter si manibus calicem eius oblationem tenuerit.

45 21 Presbiter decimas dare non cogitur.

22 Sacrificium non est accipendum de manu sacerdotis qui orationes uel lectiones secundum ritum implere non potest.

23a Presbitero commendatus infans infirmus et paganus si mortus fuerit, presbiter deponatur.

50 23b Si neglegentia parentum erit unum annum peniteat.

24 Sacerdos si tangedo mulierem coinquinatus est, XL diebus peniteat.

25 Presbiter si per cogitationem semen fundit, ebdomadam ieuniat.

55 26 Si tangit manu cum manu, III ebdomadas peniteat.

27 Si quis sepe per violentiam cogitationis semen funderit, XX dies peniteat.

28 Si semem excitauit: primo uice XX dies; si secunda, XL dies; si plus, addatur gejunia.

60 29 Secundum Grecos presbitero licet uirgo sancta uelamine consecrare et reconciliare penitentem et facere oleum exorcizatum et infirmis crisma si necesse sit. Secundum Romani autem nisi episcopus solus.

30 Presbiter si osculatus est feminam per desiderium, XX dies peniteat.

65 31 Si semen per osculum fundit, XL dies peniteat.

32a DIACONES VERO CVM GRECIS non frangunt panem sanctum nec collectionem 32b uel 'dominus uobiscum' nec completa. 32c Cum Romanus autem faciunt omnia.

40 episcopus a *praem.* *L<sub>II</sub><sup>p.c.</sup>* 46 accipien\*dum *L<sub>II</sub><sup>a.c.</sup>* | qui orationes] quorationes *L<sub>II</sub><sup>a.c.</sup>*

47 lection\*s *L<sub>II</sub><sup>a.c.</sup>* | secundum *scripti*, secū (quasi secum) *L<sub>II</sub>* 50 neglegenti\*\* *L<sub>II</sub><sup>a.c.</sup>*

56 cogit\*tonis *L<sub>II</sub><sup>a.c.</sup>* 58 semem sic *L<sub>II</sub>* | secuda sic *L<sub>II</sub>*

16: B124, XXI.10 | 17: B123, G21, XVII.3 | 18: B50, D170, G87, XVII.9 | 19: B55a, G155, XVII.1 | 20: B55b, XVII.2 | 21: B56, D45, G156, XVII.8 | 22: B10, D9, G17, XVII.10 | 23a: B79a, G161, XIV.28 | 23b: B79b, G162, XIV.29a | 24: B99, D65, VIII.1; = C150 | 25: G118c, VIII.3 | 26: G118d, VIII.4 | 27: G119a, VIII.7 | 28: G119b, VIII.9 | 29: B42, D41, G8, XVIII.8 | 30: G118a, VIII.2 | 31: (B103 ?), G118b (G100 ?), (II.15 ?); cf. C159 | 32a: B11a, D10a, G18, XVII.14a | 32b: B11b, D10b, XVII.14b | 32c: —

70     <33> Non licet diacono laico penetentiam iudicare, sed episcopo aut præsbitero.

    <34> Diacones possunt baptizare et penetentiam iudicare, potum et cibum benedicere, panem dare.

    <35> Similiter monachi et clerici cibum benedicere.

75     <36> Calicem a diacono presbitero accipienda est. Oblationes cum presbitero non frangunt sed separatim frangent.

    <37> DE MISSA SOLLEMNITATE. Presbitero licet solo missas agere, si necesse est, et populum benedicere in parasceuen et crucem sanctificare.

80     <38> In illa uero die ante natale domini hora nona expleta missa id est uigilia manducant Romani. Greci uero dicta uespera manducant et missa caenant.

85     <39> Quicumque in missarum solemnitate responsoria uel lectiones canere uult non cogitur cappam deponere; nisi euangelium legens supra humeros ponet.

    <40a> In uno altare duos missos facere conceditur uno die. <40b> Et ille qui prius manducasse probatur ad osculum non permittetur.

    <41> Pro defuncto monacho missa agatur dies sepulture eius et III die; postea et quanta uoluerit abbas.

90     <42> Missa monachi per singulas ebdomadas nomina recitare.

    <43> Secundum Romanus die dominica non recitantur nomina mortuorum ad missam.

95     <44> Pro laico bono tertia die uel septimo post iejunium; pro penitente autem XXX die uel septimo, et propinquis eius oportet ieuniare VII dies et oblationes offerent ad altare, sicut in Iesu filii Sirach legitur: Et pro Saul filii Israel ieunauerunt; et postea quantum uoluerit presbiter.

*cf. 2 Sm 1:12*

100    <45> Missas secularium mortuorum III in anno: III die et VIII die et XXX die, quia resurexit dominus tertia die, et nona hora emisit spiritum, et XXX dies planixerunt Moysen filii Israhel.

*Mt 27:50*

*cf. Dt 34:8*

    <46> DE SACRIFITIO ET OBLATIONE. Omne sacrificium sordido uel uetustata perditum igne conburendum est.

    <47> Qui acciperit sacrificium post cibum VII dies peniteat.

105    <48> Mulieres possunt oblationes facere secundum Grecos, non secundum Romanos.

---

70 penetertiam *L<sub>II</sub>a.c.* 72 penetertiam *L<sub>II</sub>a.c.* 83 solemnni\*ate *L<sub>II</sub>a.c.* | responsoria] responsoriam corr. *L<sub>II</sub>a.m.* 85 supra] super *L<sub>II</sub>a.c.* 86 con\*editor *L<sub>II</sub>a.c.* 87 manducasse sic *L<sub>II</sub>* 95 ieuniare sic *L<sub>II</sub>* 100 israel *L<sub>II</sub>a.c.* 101 omne] omn\* *L<sub>II</sub>a.c.*

33: B104, D67, XVII.15 | 34: B105a, G168a, XVII.16a | 35: B105b, G168b, XVII.16b | 36: — | 37: B113, D76, G19, XVII.7 | 38: B70, D52 (D96 ?), (G172 ?), XXIII.5 | 39: B72, D156, G174, XVII.11 | 40a: B84a, D55a, XVI.2a | 40b: B84b, D55c, XVI.2c | 41: B41a, D40a, G131a, XX.3 | 42: B91a, G130a, XX.4 | 43: B91b, G130b | 44: B41b, D40b, G131b, XX.6 45: B90, D60, G151, XX.5 | 46: B87, XII.6 | 47: B114, D77, XII.5 | 48: B67, D51, XXII.4

149 Greci omni dominico die communicant, clerici et laici; et qui tribus dominicis non communicauerit excommunicantur sicut et canones habent.

150 150a Romani similiter communicant qui uolunt; qui autem noluerint non excommunicantur.

151 150b Qui non communicant nec accedant ad pacem neque ad osculum in ecclesia.

152 151 Penitentes secundum canones non debet communicare ante consummationem penitentem. Theodorus uero iudicauit post annum uel VI mensæs licentiam dari.

153 152 Si licitum est mulieri quando peperit ante communicare? Peromnia licitum est.

154 153 VI. DE AECLESIA ET ALTARE. Aecclesiam licet ponere in alium locum, si necesse sit, et non debet iterum sanctificare nisi tantum praesbiter aqua aspargere.

155 154a Ligna uero aecclasiae non debet ad aliut opus nisi ad eccliasiam uel igne conburenda est aut ad profectum in monasterio fratribus.

156 154b In laicata opera non debent procedere.

157 155 Grados non debimus facere ante altare.

158 156 In ecclasia in qua mortuorum cathauera sepeliuntur sanctificare altari non licet.

159 157 Si autem consecratum prius fuit, missas in eo celebrare licet.

160 158 De aeclesia ubi sepultus est paganus, mundare et iactare foras melius est.

161 159 Tributum aeclesie sit sicut consuetudo prouincie est, tantum ne pauperes in decimis uim patientur.

162 160a Pecunia aeclesiastica furata siue raptâ reddatur quadruplum;

163 160b popularia duplicit.

164 161 Incensum deo incenditur in natale sanctorum pro reuerentia diei, quia ipsi sicut lilia dederunt odorem suauitatis et asperserunt aeccliam dei sicut incensu aspargitur aecclia primitus iuxta altare.

165 162 Reliquie sanctorum uenerandae sunt.

166 163 Si potest fiere ut candella ardeat in ecclasia per singulos noctes,

167 164 quia lucebant sicut luminaria in hoc mundo. Si autem

168 165 paupertas loci non sinet, non nocit eis.

*Phil 2:15*

114 theodorus] thēo *L<sub>II</sub>* 117 peromni *L<sub>II</sub><sup>a.c.</sup>* 132 siue bis repetit *L<sub>II</sub><sup>a.c.</sup>* | reddat (*uid.*) *L<sub>II</sub><sup>a.c.</sup>*

137 reliq: *L<sub>II</sub>* | ueneranda est *L<sub>II</sub><sup>a.c.</sup>* 138 candella\* ardea\* *L<sub>II</sub><sup>a.c.</sup>*

49: B26, D25a, G59a, XII.1 | 50a: B27, D25b, G59b, XII.2 | 50b: B106, XVI.2b | 51: B29, D26 (D115d ?), G123, XII.4 | 52: G81, XXVII.4 | 53: B19, D18, G135, XVI.1a | 54a: B18a, D17a, G134a, XVI.3a | 54b: B18b, D17b, G134b, XVI.3c | 55: B57, XVI.6 | 56: B71a, (D98 ?), G149a, XVI.4a | 57: B71b, G149b, XVI.5a | 58: B89, G150, XVI.5b | 59: B76, D53, G158, XXIX.10 | 60a: B122a, D81a, G166, III.2a | 60b: B122b, D81b, III.2b | 61: B59, D48, XVI.9 62: B58a, D46, G165a, XVI.7 | 63: B58b, D47, G165b, XVI.8

144 <64> VII. DE BAPTISMA ET CATAVMEN. Baptizati a presbitero non baptizato iterum debent baptizari.

145 <65> Qui bis baptizati sunt ignorantes, non indient pro eo penitentia nisi quod secundum canones non possunt ordinare nisi pro magna necessitate.

<66a> Qui autem non ignari iterum baptizati sunt, quasi iterum Christum crucifixerunt, peniteant VII annos: IIII feria et VI feria et III XL si pro uitio aliquo; <66b> si autem munditia licitum putauerint, III annos peniteat.

150 <67a> Caticumini autem non debent manducare cum baptizatis <67b> neque osculum dare eis; quanto maius gentiles.

<68> In baptismata et in crisma: qui non est baptizatus uel crismatus non potest alium suscipere.

155 <69> In caticumino et in baptismo et in confirmatione unus pater si necessitas cogit; non tamen consuetudo est sed per singula singuli suscipiunt.

<70> De crisme panno modico: iterum licet mittere super altarum baptizatum.

160 <71> VIII. DE DIE DOMINICO. De operibus diei dominici: Greci et Romani nauigant et equitant, panem non faciunt nec in curru ambulant nisi tantum ad ecclesiam, nec balneant se.

<72> Greci non scribent puplice, tamen pro necessitate seorsum in domo scribent.

165 <73> Qui operantur die dominico: Greci prima uice arguant; secunda tollent aliquid; tertia uice tertiam partem de rebus et uapulant, uel VII dies peniteant.

<74> Greci et Romani dant seruis suis uestimenta et laborant sine dominico.

<75> Grecorum mona seruuus non habent; Romani habent.

170 <76> Qui autem nuberit die dominico petat a deo ueniam, et duo uel III dies peniteat.

<77> Lacrum capitinis potest esse in dominico et in lexiua pedes lauari licet.

175 <78> VIII. DE CONIVGIO. In primo coniugio debet presbiter missas agere et benedicere ambos, et postea apstineant se ab ecclesia XXX dies et uacent orationes, et postea communicent cum oblatione.

**143** indient sic *L<sub>11</sub>* (*male pro* indigent)    **152** in *scripti*, i *L<sub>11</sub>*    **169** mona sic *L<sub>11</sub>* (*male pro* monachi)    **172** lacrum sic *L<sub>11</sub>* (*male pro* lauacrum)    **176** orotiones *L<sub>11</sub><sup>a,c</sup>*

**64:** B47, XVII.13b | **65:** B12, D11a, G24, X.1 | **66a:** B13a, D11b, G33a, X.2a | **66b:** B13b, G33b, X.2b | **67a:** B46a, D123, G129a, XIX.11a | **67b:** B46b, G129b, XIX.11b | **68:** B82, XIX.9 | **69:** B118, XIX.8 | **70:** B102, XIX.7 | **71:** B14a, D12, G54, XXIII.1 | **72:** B14b, D13, G55a, XXIII.2 | **73:** B15, D14, G55b, XI.1 | **74:** B16, D15, G56a, XXIII.3 | **75:** B17, D16, G56b, XXIII.4 | **76:** B43d, G127, XIV.20 | **77:** B54, D44, G170a, XXIII.8a | **78:** B34b, D34, G62, XIV.1

- 180 ‹79› Legitimum coniugium non licet separari sine consensu amborum.  
 180 ‹80a› Potest autem alter altero licentiam dare ‹80b› accedere ad seruitum dei in monasterio et si nubere, si in primo cenubio erat — secundum Grecos tamen non est canonicum. Sin autem in secundo non licet ei tertium uiuente uiro uel uxori.
- 185 ‹81a› Duos fratres possunt duas sorores habere in coniugio. ‹81b› Et pater et filius matrem et filiam possunt habere.  
 185 ‹82a› In tertia propinquitate carnis secundum Grecos licet nubere,  
 185 ‹82b› sicut in lege scriptum est; in quinta secundum Romanus, in tertia tamen non solunt coniugium postquam factum fuerit.
- 190 ‹83› In tertia tamen propinquitate non licet uxorem alterius accipere post obitum eius.  
 190 ‹84› Si quis dimiserit gentilem uxorem gentilem, post baptismum in potestate eius est habere eam an non.  
 190 ‹85a› Simili modo si unus eorum baptizatus erit, alter gentilis, ‹85b› sicut apostolus agit: *In fidelis si discedit, discedat.*
- 195 ‹86› Cuis uxorem ostes abstulerit et non potest repetere eam, licet ei aliam accipere. Melior est quam fornicare.  
 195 ‹87a› Si uero postea reddetur uxor, non debet recipere eam si aliam abet; sed ipsa accipiat alterum uirum si unum ante habuit.  
 195 ‹87b› Eadem sententia stat de seruis transmarinis.  
 200 ‹88› Si quis maritus (uel si qua mulier) uotum habens uirginitatis adiungitur uxori postea, non dimittat eam sed III annos peniteat.  
 200 ‹89› Mulieri non licet uotum uouere sine licentia uiri; sed si uoluerit, dimittere potest.  
 200 ‹90› Si cuius uxor fornicata fuerit, licet dimittere eam et aliam reducere.  
 205 ‹91a› Mulieri non licet uirum dimittere licet fornicantur, ‹91b› nisi forte pro monasterium. Basilius iudicauit.  
 205 ‹92› Si seruum et ancillam dominus amborum in matrimonio coniuxerit, postea liberato seruo uel ancilla si non potest redemi qui in seruitio est, ‹93› liberato licet ingenuo coniungere.
- 210 ‹94› Equaliter coniungiter uir in matrimonio eius qui sibi consanguinei sunt et uxoris suae consanguineis post mortem uxoris.

---

177 coniu\*gium *L<sub>11</sub><sup>a.c.</sup>* 180 si<sup>1</sup> sic *L<sub>11</sub>* (*male pro sibi*) | cenubio sic *L<sub>11</sub>* 187 coniugium *scripti*, coñ *L<sub>11</sub>*, conubium *scriptis FINSTERWALDER* 194 cuius sic *L<sub>11</sub>* (*male pro cuius*) | reptere *L<sub>11</sub><sup>a.c.</sup>*  
 197 abet sic *L<sub>11</sub>* 201 muliere *L<sub>11</sub><sup>a.c.</sup>* 210 coniungiter sic *L<sub>11</sub>*

---

79: B32d, D158b, G65, XXVII.7 | 80a: B32e, D158c, G84a, XXVII.8a | 80b: B32f, G84b, XXVII.8b | 81a: B68a, D111, G71a, XXVII.29a | 81b: B68b, D110, G71b, XXVII.29b | 82a: B32a, D29a/D158a, G78a, XXVII.26a | 82b: B32b, D29b, G78b, XXVII.26b | 83: B32c, D30, G78c, XXVII.27 | 84: B31a, D28, G75, XXVII.18 | 85a: B31b, G76, XXVII.19a | 85b: B31c, G77a, XXVII.19b | 86: B35a, D36a, G72a, XXVII.24 | 87a: B35b, D36b (D103e ?), G72b, XXVII.25a | 87b: B36a, G72c, XXVII.25b | 88: B38, D37, G63, XIV.5 | 89: B37, D39, G69, XIV.7 | 90: B39, D163, G66, XXVII.5a | 91a: B40a, D164, G67a, XXVII.6a | 91b: B40b, G67b, XXVII.6b | 92-3: B80a, D35/D103c, G73, XXVIII.4 | 94: B80b, G74, XXVII.28

*cf. Lv 18:10,  
18:12-14*

*1 Cor 7:15*

- 95> Si mulier discederit a uiro suo dispiciens eum, nolens reuertere et reconciliare, et post V annos cum consensu aepiscipi aliam licebit accipere.
- 215 96> Si in captiuitatem per uim ducta, et si redemi non potest, post annum alteram accipiet.
- 97> Quęcumque mulier adulterium perpetrauerit in potestate uiri est si uellet reconciliare. Et si reconciliauerit, in clero non perficitur uindicta illius: ad probrium uirum pertinet.
- 220 98> Legitum coniugium equaliter licet in die et in nocte, sicut scriptum est: Tu uis est dies et tua est nox, et reliqua, p̄tēr dominico.
- 99> Maritus non debet uxorem suam nudam uidere.
- 225 100> Si cuius uxor infidelis est et gentilis et non potest eam conuertere, demittat eam.
- 101a> Mulier nupta fuit cum uiro uno et uotum fecit deo ut post mortem uiri eius acciperit aliud, et post mortum est uir eius et accipit aliud, et post XII annos confessa est uota sua quando uiuebat cum uiro alio, et nolebat uiuere cum illo sed inplere uota sua uoluit. 101b>
- 230 Et licentiam dedit ut nubat cum uiro illo, 101c> ut esset in potestate uiri si inpleret an non.
- 102a> Vir abstineat se a muliere uxor sua X̄ dies ante pasca et in prima ebdomada post pasca — unde apostolus ait: Vt uacatis orationi — 102b> et post pentecosten una septimana.
- 235 103> Stando orandum pro reuerentia solemnitatis et generationis.
- 104> Mulier III menses debet abstinere a uiro suo quando concepta est antequam pariet.
- 105> Mulieres menstruo tempore non intrent in ecclesiam neque communicent, nec sanctemoniales nec laice; si autem presumant, III ebdomadas ieunant.
- 240 106> Similiter peniteat qui intrat in ecclesia ante mundum sanguinem post partum, id est diebus.
- 107> Qui nuberit isdem temporibus XXX diebus peniteat.
- 108> Greci et Romani III diebus abstineant se a mulieribus (sicut in 245 lege scriptum est) ante panes propositiones.
- cf. 1 Sm 21:5–6

---

213 aepiscipi] aepis *L<sub>11</sub>* 220 legitum sic *L<sub>11</sub>* 226 cum uiro] cum\*u\*\*o *L<sub>11</sub><sup>a.c.</sup>* 227 mortum sic *L<sub>11</sub>* 232 uxor aperte sicut glossula uel emendatio in archetypo aderat | pasca] pasc\* *L<sub>11</sub><sup>a.c.</sup>* 233 pasca scripsi, pās *L<sub>11</sub>* | apostolus] apōs *L<sub>11</sub>* 236 suo] su- *L<sub>11</sub>* (partim illegibile factum ob resectionem paginae) 240 ebdomadas *L<sub>11</sub><sup>p.c.</sup>*

---

95: B80c, D103f/D103i/D159, G70, XXVII.20 | 96: B80d, D103j/D160, XXVII.21 | 97: B83, XXVII.12 | 98: B107, XXVII.17 | 99: B108, D68, XXVII.31 | 100: D70, G77b, XXVII.19c  
 101a: (D115b ?), G83a, XXVII.14a | 101b: G83c, XXVII.15 | 101c: (D115b ?), G83b, XXVII.14b | 102a: B85a, D56a, XXVII.2 | 102b: B85b, D56b | 103: B85c, D161, XXIX.12  
 104: (D115c ?), G80, XXVII.3a | 105: B43a, D42a, G125, XIV.17 | 106: B43b, D42b, G126a, XIV.18 | 107: B43c, G126b, XIV.19 | 108: B28, XII.3

248 <109a> Basilius iudicauit puero licentiam nubere ante XVI annos si se abstinere non potuisset, quamuis monachus ante fuisse: <109b> inter bigamus esse uno anno peniteat.

250 <110> Puella XIII anno sui corporis potestatem habeat.

<111> Puer usque XVI annum in potestate sit patris sui.

<112> Disponsatam pueram non licet parentibus dare alio uiro nisi illa omnino resistat; tamen ad monasterium licet ire si voluerit.

255 <113> X. DE ESV CARNIS MVNDIS SIVE INMVNDIS ET CETE ESCIS. Aues et cetera animalia si in retibus strangulantur non sunt comedenda, nec si accipita consumauerit si mortua inueniuntur, quia IIII capitole actum apostolos ita præciperunt, id est abstinere a fornicatione et suffocato a sanguine et idolatrio.

*cf. Act 15:29*

<114a> Greci carnem morticinorum non dant porcis sius.

260 <114b> Pelles eorum ad calciamenta liceant et lana et cornua liceant accipere non in sanctum aliquid.

<115a> Tamen si cassu porci comedent carnem morticinorum, non abieciuntur.

<115b> Porci qui sanguinem hominis gustantes tetigerit manducantur.

265 <116> Sed qui cathauera mortuorum lacerantes manducauerint carnem eorum comedere non licet usque dum macerantur.

<117> Simili modo de gallinis credimus.

<118a> Animalia que a lupis seu a canibus consumantur non sunt comedere, <118b> nisi porcis et canibus; <118c> nec ceruus nec caprus si mortui inuenti sunt.

<119> Si homo prius uiuum animal occidit, licitum est manducare.

<120> Pisces autem licent manducare quia alterius naturæ sunt.

<121> Equum non proibent; tamen non est consuetudo comedere.

270 <122> Leporem licet comedere, et bonus est pro sinteria, et fel eius miscendum est cum pipro pro dolore.

248 bigam\*<sup>s</sup> *L<sub>11</sub><sup>a.c.</sup>* 252 voluerit] voluer- *L<sub>11</sub>* (*partim illegibile factum ob resectionem paginae*)

253 essv (*uid.*) *L<sub>11</sub><sup>a.c.</sup>* | cete sic *L<sub>11</sub>* (*male pro ceteris*) 255 accipita sic *L<sub>11</sub>* (*male pro*

*accipiter*) | quia] q *L<sub>11</sub>* 258 sius sic *L<sub>11</sub>* 260 sanctum] secundum (*uid.*) *L<sub>11</sub><sup>a.c.</sup>* 261 si cassu]

\*\*\*\*su *L<sub>11</sub><sup>a.c.</sup>* 262 abieciuntur] abieciū *L<sub>11</sub>* 263 gustantes] güst *L<sub>11</sub>* 266 comedere] cōme *L<sub>11</sub>*

269 comedere] cōme *L<sub>11</sub>* 271 manducare] mand\*ca\*e\*\* *L<sub>11</sub><sup>a.c.</sup>* 272 manducare] mān

*L<sub>11</sub>* | quia] qui *L<sub>11</sub><sup>a.c.</sup>* 273 comedere] comere *L<sub>11</sub><sup>a.c.</sup>* 275 pipro pro] pipp *L<sub>11</sub>*

109a: D171, G171a, VIII.14a | 109b: G171b, VIII.14b | 110: B81, XXVII.36 | 111: B86a, (G186 ?), XXVII.37a | 112: B100, D145, G86, XXVII.34 | 113: B24b, D168, G143, XXVI.2

114a: B20, D19a, G136a, XXIII.7a | 114b: B21, D19b, G136b, XXIII.7b | 115a: B22, D20a, G137a, XXVI.7a | 115b: B78a, D23a/D103b, XXVI.7c | 116: B78b, D23b, G138c, XXVI.8

117: D20b, G137b, XXVI.7b | 118a: B23a, D21a, G138a, XXVI.1a | 118b: B23b, D21b,

G138b, XXVI.1d | 118c: B23c, D21c, G142a, XXVI.1b | 119: G140, XXVI.1c | 120: B24a, D21d, G142b, XXVI.3 | 121: B24c, D22, G144, XXVI.4 | 122: B24d, D169, G145, XXVI.5

- 280     ⟨123⟩ Animalia coitu hominum pulluta occidentur et carnes canibus proiecentur, sed coria utuntur. Vbi autem dubium est non occidentur.
- 281     ⟨124⟩ Infirmus omni hora licet cibum sumere quandocumque desiderat.
- 282     ⟨125⟩ Si ceciderat surex in ceruisa, tollatur inde et spargatur aqua sancta; si mortua est, omne liquor proiciatur foras et mundatur uas.
- 283     ⟨126⟩ Qui dederit liquorem in qua mus aut mustella mortus fuerit V dies peniteat.
- 284     ⟨127⟩ Si apes occident hominem, occidere debet apes festinanter; et tamen mel manducat.
- 285     ⟨128⟩ Qui manducat carnem inmundam aut a lupis seu uulpis occisam, XL dies peniteat.
- 286     ⟨129⟩ Qui fraudem comedit et scit II XL peniteat; sin autem, XL diebus.
- 290     ⟨130⟩ XI. DE HOMICIDIIS DIVERSISQVE MALIS MVLIERIS. Si quis pro ultione proximi hominem occiderit, peniteat sicut homicida, id est III annos.
- 291     ⟨131⟩ Si tamen conponere uult proximis eius, peniteat I annum et alterum demedium.
- 295     ⟨132⟩ Qui occiderit hominem in publico bello XL dies peniteat, quia iussio regis est.
- 296     ⟨133⟩ Similiter autem que in aliena prouincia ab hoste raptum fuerit pecuniam, tertia pars ad ecleſiam tribuatur.
- 297     ⟨134⟩ Et qui occiderit hominem, XL diebus abstineat se ab eclesia.
- 300     ⟨135⟩ Si laicus alterum occiderit odii meditatione: si non uult arma relinquere, VII annos peniteat sine carne et uino; ⟨136⟩ si pro iram, III annos; si caso, I annum peniteat.
- 301     ⟨137⟩ Qui occidit monachum uel clericum in iudicio episcopis est: et arma relinquit et deo seruit, uel VII annos peniteat.
- 305     ⟨138⟩ Qui autem episcopum aut presbiterum occiderit regi demittendus est iudicare.
- 310     ⟨139⟩ MVLIER si occidit filium suum, homicidium fecit; XII annos peniteat et numquam motat preter die dominico.
- 311     ⟨140⟩ Mulier paupercula occidit filium suum, homicidia sit: X annos peniteat.
- 312     ⟨141⟩ Qui necat filium suum sine baptismo, in canone: X annos; sed per consilium VII peniteat.

---

276 occidentur] occidēn *L<sub>II</sub>* 295 quia *L<sub>II</sub>* 300 laicūs *L<sub>II</sub>* 302 caso sic *L<sub>II</sub>* 312 peñi *L<sub>II</sub>*

123: B77, D54 (D103a ?), G139, XXVI.9 | 124: B109, D69, G148, XXIX.14 | 125: G146, VII.8 | 126: — | 127: G141, XXVI.6 | 128: (D120a ?), G147, VII.6a | 129: — | 130: B73a, D157, IV.1a | 131: B73b, IV.1b | 132: B74b, (G113a ?), IV.6c | 133: B74a, D102, G154, VII.2 | 134: B45, G110, IV.6b | 135: B117a, D80a, G112a, IV.4 | 136: B117b, D80b, G112b, IV.7a | 137: B115, D78, G109, IV.5a | 138: B116, D79, G108, IV.5b | 139: G102, XIV.25 | 140: G103a, XIV.26 | 141: (D90 ?), G104, XIV.30

- 314 penī *L<sub>II</sub>* 315 annos] añ *L<sub>II</sub>* 316 añ penī *L<sub>II</sub>* 318 penī *L<sub>II</sub>* 320 annum] añ *L<sub>II</sub>* | diebus] debus *L<sub>II</sub><sup>a.c.</sup>* 323 peniteant] p̄ *L<sub>II</sub>* | annos] añ *L<sub>II</sub>* 324 penitentia] penī *L<sub>II</sub>* 327 annos peniteat] añ p̄ *L<sub>II</sub>* 329 añ peniteat *L<sub>II</sub>* 331 coinquinatus] coinqūi *L<sub>II</sub>* 333 annos secundus] añ secūn *L<sub>II</sub>* 340 penī *L<sub>II</sub>* 344 peniteat] pē *L<sub>II</sub>*
- 315    314a Tres annos infans habens et mortuus est sine baptismo, III annos peniteant pater et mater.
- 315    314b Si moriatur sine nece et sine baptismo, III annos.
- 315    314c Mulier que concepit filium in utero ante XL dies I annum peniteat.
- 315    314d Si post quadraginta dies occidit quasi homicidia peniteat.
- 315    314e Si qua mulier diuinationes uel incantationes diabolicas fecerit,
- 320    314f I annum 314g uel III XL uel XŁ diebus secundum qualitate culpe.
- 320    314h Mulieres que abortium faciunt eodem sententiam iudicentur antequam animam habent; et postea, id est post XL dies acceptance seminis, ut homicidia peniteant, id est III annos: et IIII feria et VI feria et III XL ut penitentia.
- 325    314i De penitentia mulieris que posuit filiam suam super tectum propter sanitatem febris uel in fornacem et uoluisset eam sanare sanam eam, V annos peniteat.
- 325    314j Similiter autem peniteat qui ardere faciat grana ubi mortuus est homo pro sanitatem uiuentium et domus: V annos peniteat.
- 330    314k XII. DE FORNICATIONE DIVERSA. Sacerdos si tangendo mulierem coinquinatus fuerit, XL diebus peniteat.
- 330    314l Qui sepe fecerit fornicationem: primus canon iudicauit ut X annos; secundus VII iudicauit, sed infirmitate hominis et per consilium III annos peniteat.
- 335    314m Qui sepe cum pecode aut cum masculo peccat, X annos;
- 335    314n quidam dicunt VII.
- 335    314o Qui cum matre fornicauerit XII annos peniteat.
- 335    314p Qui cum sorore fornicauerit similiter XII et numquam motat nisi dominico die.
- 340    314q Si uir cum muliere retro aut in tergo nuberit, peniteat sicut qui cum pecode.
- 340    314r Si in menstruo tempore coierit cum muliere, XL diebus ieunat.
- 340    314s Si mulier cum muliere fornicauerit, III annos peniteat.
- 345    314t Si mulier secum ipsa coitum habet, III annos peniteat.
- 345    314u Si semen per os mittat, III annos peniteat.

---

314 penī *L<sub>II</sub>* 315 annos] añ *L<sub>II</sub>* 316 añ penī *L<sub>II</sub>* 318 penī *L<sub>II</sub>* 320 annum] añ *L<sub>II</sub>* | diebus] debus *L<sub>II</sub><sup>a.c.</sup>* 323 peniteant] p̄ *L<sub>II</sub>* | annos] añ *L<sub>II</sub>* 324 penitentia] penī *L<sub>II</sub>* 327 annos peniteat] añ p̄ *L<sub>II</sub>* 329 añ peniteat *L<sub>II</sub>* 331 coinquinatus] coinqūi *L<sub>II</sub>* 333 annos secundus] añ secūn *L<sub>II</sub>* 340 penī *L<sub>II</sub>* 344 peniteat] pē *L<sub>II</sub>*

---

142a: G103b, XIV.29b | 142b: G106a | 143: (D114 ?), G105a, XIV.27a | 144: (D114 ?), G105b, XIV.27b | 145–46: B61, D147, XV.4 | 147: B62, XIV.24 | 148: G117a, XV.2 | 149: G117b, XV.3 | 150: B99, D65, VIII.1; = C24 | 151: G92 (G96 ?), II.18 | 152a: G93b, II.2 152b: — | 153: G90, II.16 | 154: B98, D64, G89, II.17 | 155: G106b, XIV.21–22 | 156: G107, XIV.23 | 157: G95, II.12 | 158: G97, II.13 | 159: B103, G100 (G118b ?), II.15; cf. C31

- 349 annos] an<sup>ñ</sup> L<sub>11</sub> 357 annos] an<sup>ñ</sup> L<sub>11</sub> 366 quam] *forsan quod intelligendum* 367 crisma  
 scripsi, cr̄is L<sub>11</sub> 370 crisma bis repetit L<sub>11<sup>a.c.</sup></sub> 372 sicot sic L<sub>11</sub> | precepit] precepi- L<sub>11</sub> (*partim illegibile factum ob resectionem paginae*) 375 digamus (*uid.*) L<sub>11<sup>a.c.</sup></sub> 377 annos] an<sup>ñ</sup> L<sub>11</sub>
- 350 160: Pueros qui fornicationem faciunt inter semetipsos: ut uapulantur iudicant.  
 161a: Sodomite autem VII annos peniteant; 161b: mollis uero I annum sicut et mulier.  
 162: Si monachus fornicationem faciens, VII annos peniteat.  
 163: De indulgentia malorum cogitationum si opere non implentur.
- 355 164: XIII. DE IVRAMENTO. Si iurauerit quis in manu hominis, apud Grecos nihil est.  
 165: Si iurauerit in manu episcopis aut presbiteri seu diaconi uel in cruce consecrata, I annum. 166: Si autem in altare aut in reliquiis seu euangelium, VII annos peniteat.  
 167: Peiuræs autem peniteat III annos.
- 360 168: DE IVRAMENTO. *Sicut mentiri non potest qui non loquitur, sic periurare non potuerit qui iurare non appetit.*  
 169: *Non est contra dei preceptum iurare; sed dum usum iurandi facimus, in periurii crimen incurrimus.*  
 170: *Numquam ergo iuret qui periurare timet.*  
 171: *Multi dum locuntur, iurare semper delectantur.*
- 365 172: *Dum oporteat hoc tantum esse in ore: est est, non non.* Mt 5:37  
*Amplius enim quam est a malo est.*
- 173: XIII. DE DIVERSIS CAVSIS IN CRISMA. Nullum perfectum esse credimus in baptismo sine confirmatione episcopis; tamen non disperamus.
- 370 174: In Nicena sinodo crisma fuit constitutum.
- 175: DE PESTE mortalitatis Greci et Romani dicunt ipsos infirmos uisitare debere sicot ceteros infirmos, sicut dominus precepit. cf. Mt 25:36  
 176: Penitentia est uidue et puellæ; maiorem tamen meruit que uirum habet si fornicationem crimen commiserit. /25:43
- 375 177: Bigamus peniteat I annum: IIII feria et VI feria et in IIIibus XLmis abstineat se a carnibus; non dimittat tunc uxorem.
- 178: Trigamus et supra — id est in IIII uel V uel plus — VII annos: IIII feria et VI feria et in tribus XLmis abstineat se a carne; non seperantur tamen. Basilius hoc iudicauit; in canone autem IIII annos.
- 
- 160: G99, II.11 | 161a: B64b, D153, G101a, II.6a | 161b: B64c, D154, G101b, II.6b | 162: B93, D33, G88, VIII.6a | 163: B94, D62, G169, VII.4 | 164: G115a, VI.3 | 165: G115b, VI.4  
 166: — | 167: B64a, D152, VI.5 | 168: ISIDORVS Sententiae 2.31.1a | 169: ISIDORVS Sententiae 2.31.2a | 170: ISIDORVS Sententiae 2.31.2b | 171: ISIDORVS Sententiae 2.31.3a | 172: ISIDORVS Sententiae 2.31.3b | 173: B5, D7, G12, XIX.5 | 174: B6, D8, G4b, XIX.6 | 175: B25, D24, XXIII.6 | 176: B30, D27, G124, II.14 | 177: B33, D31, G85/G177a, XIV.2 | 178: B34a, D32, G177b, XIV.3

- 380    <179> Non licet homini a seruo suo abstulere pecuniam sine uoluntate quod ille de labore suo adquisierit.  
       <180> Oratio potest sub uelamine esse cum necessitas cogit.  
       <181> Mulieres possunt sub nigro uelamine accipere sanitatem.  
       <182> Demonium sustinente licet petras uel holera habere sine  
 385    incantatione.  
       <183> Infans pro infante potest dare deo ad monasterium, quamuis  
          alium uouisset; tamen melior est uotum inplere.  
       <184> Similiter pecora aequali praetio si necesse sit.  
       <185> Rex si alterius regis terra<sup>m</sup> habet, potest dare pro anima sua.  
 390    <186> Sanguinem sine uoluntate de dentibus nessciens non est  
          peccatum.  
       <187> Inuentio in uia accipienda; si inuenerit possesores, reddat ei.  
       <188> Laicus non debet in eclesia lectiones recitare nec alleluia  
          dicere, sed psalmos tantum et responsorias sine alleluia.  
 395    <189> Ieiunia legitima III sunt in anno sed populo: XL dies ante  
          pasca ubi decimas anni solumus; et XL ante natale domini; et post  
          pentecosten X.  
       <190> Reconciliatio penitentie in cena domini tantum est ab  
          episcopis.  
 400    <191> Si uero episcopus dificile sit, presbiter potest si necessitas  
          causa prebere potestatem ut inpleat.  
       <192> Confessionem suam deo solo, si necesse est, licebit agere.  
       <193> De libertate susceptionis infirmorum in monasterium: in  
          potestate monasterii est.  
 405    <194> De libertate monasterii lauandi pedes laicorum, nisi in cena  
          domini tantum.  
       <195> Puerum monasterium ante XXV annos non licet ordinare.  
       <196> Infantes monasterii ante XIII anno carnem manducant.  
       <197> Seruo dei nullatenus licet pugnare nisi cum consilio seruorum  
 410    dei multorum.  
       <198> Non licet uiris feminas habere monachos neque feminis uiros.  
          Tamen nos non disstruamus, quia consuetudo est in hac terra.  
       <199> Monacho non licet uotum uouere sine licentia abbatis.  
       <200> Si uoluerit, sic dimittendus est si iusserit abbas.

---

389 terram] terra- *L<sub>11</sub>* (*partim illegibile factum ob resectionem paginae*)    390 nessciens *sic L<sub>11</sub>*  
 392 si inuenerit] simuenerit *L<sub>11</sub><sup>a.c.</sup>*    396 s\*luimus *L<sub>11</sub><sup>a.c.</sup>*    400 difficile *L<sub>11</sub><sup>a.c.</sup>*    405 monasterii\*  
*L<sub>11</sub><sup>a.c.</sup>*

---

179: B44, D165, G164, XXVIII.3 | 180: B48, XXIX.13 | 181: B49, G9, XXII.3 | 182: B51,  
 D151, XXV.5 | 183: B52a, D43a, G163, XXIX.5 | 184: B52b, D43b, XXIX.6 | 185: B53, G153,  
 XXIX.7 | 186: B63, D148, G128, VII.11 | 187: B65, D49, XXIX.9 | 188: B66, D50, G160,  
 XVI.10 | 189: B69, D155, G61, XXIX.1 | 190: B75a, XIII.2 | 191: B75b, XIII.3 | 192: B88,  
 D58/D150, G38a, XII.7 | 193: B92a, XXI.14 | 194: B92b, D61, XXI.15 | 195: B86b, D162,  
 G36, IX.9 | 196: B86c, D57 | 197: B101, D66, G114, XXIX.4 | 198: G10, XXI.8 | 199: B121a,  
 D167a, G44a, XXI.9a | 200: B121b, D167b, G44b, XXI.9b

- 415    <201> Si licitum est episcopis uotum soluere? Peromnia: si uult,  
licitum est, <202> quia uota stulta frangenda sunt et importabilia.
- <203> Qui sepe furtum fecerit, III annos peniteat aut quomodo  
sacerdos iudicauerit.
- <204> Quando consecras aquam primus orationes facias.
- 420    <205> Aqua benedicta domus suus aspargent quotiens uoluerint qui  
habitant in eis.
- <206> Si per populum aut per artem aliquam occidit quis hominem,  
VII annos peniteat aut plus.
- <207> Qui inmolat demonibus in minimis, I annum peniteat.
- 425    <208> Qui in magnis demonibus immolat, ut X annos peniteat.
- <209> Qui sanguinem aut semen biberit, III annos peniteat.
- <210> Si semen in eclesia fundit per dormitionem, III dies peniteat.
- <211> <In liber>tate monasterii secularibus penitentiam iudicare.
- <212> De promissione laicorum moram non debent facere, quia    Sir 14:12  
430    mors non tardat.
- <213> De grando perduto penitentia est, anima uiuit.
- <214> Si conuersus fuerit et omnem malum fecit, III annos peniteat  
sine armis et sine uxore, sine uino et carne in totis tribus annis, et deo  
seruiat.

---

417 penī *L<sub>11</sub>*    426 penī *L<sub>11</sub>*    427 penī *L<sub>11</sub>*    428 in libertate *scripti cum U, tate (lacuna  
praecedente) L<sub>11</sub>*    432 penī *L<sub>11</sub>*

---

201: G132, XVII.6 | 202: B64, C202, D38, XIV.6 | 203: G94, III.3a | 204: XVI.11b | 205:  
B60, D146, XVI.11a | 206: G113b, IV.7b | 207: G116a, XV.1a | 208: G116b, XV.1b | 209:  
VII.3 | 210: VIII.8 | 211: B95, XXI.16 | 212: B96, D63, XXIX.3 | 213: B97, G167, IX.1b  
214: P.Vinniani 35 + P.Cummeani II.22